



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput Primum. Gregorius a Anthemio Subdiacono Campaniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

Tit. II. De calumniatoribus.

61

NOTÆ.

a *Archiepiscopo.*] Mauricio videlicet, qui antea fuerat Sagensis Episcopus, & postea Cenomanensis, & tandem decessit Rothomagensis anno 1232. ut refert Chenu in serie *Prælatum ipsius Ecclesie.*

b *Priore sancte Marie.*] In ipsa urbe Rothomag. est monasterium canonorum regularium sanctæ Marie, Ordinis D. Augustini, de quo Penitus lib. 2. *canonic. regul. cap. 34. num. 18.* cuius Priori in præsenti rescribit Gregorius.

c *Tiron.*] Alibi legitur *Turon.* alibi *Cisterc.* ut emendat *Glossa marginalis:* & legendum credo *Tironensis.* Tironense enim monasterium est Ordinis Cisterciensis, de cuius reformatione scripsit epistolam 31. Gregorius IX. in hæc verba: *Quatenus advocatis universis Abbatibus, & Prioribus suis subjectis, infra festum omnium Sanctorum proxime venturam corrigeret, & reformaret, tam in monasterio Tironensi, quam in membris ipsius, & ceteris eius subjectis.* De eo Manrique tom. 4. annal. *Cisterc.* anno 1231. cap. 6. num. 9.

d *Ministrari.*] Juxta tradita supra in c. exparte.

CAPUT XXVII.

Idem *Episcopo a Cisterc.* & de *Alde,* & de *b Salen. Abbatibus.*

Prælatorum excessus. Et *infra:* Sanè dilecti filii C. & quatuor alii Canonici. Frixiens, denunciando monstrarunt, quod Frisiens. Episcopus bona sui Episcopatus (quem, ut dicunt, fuit minus canonice assequutus) adeo graviter dilapidat, & consumit, quod (nisi celeriter adhibetur remedium) Episcopatus idem per eum ad irreparabile dissolutionis opprobrium deducetur: nec solummodo rerum, verum etiam famæ suæ prodigus, & fatigus, vitam dicit enorimenter dissolutam. Et *infra:* Discr. v. mandamus, quatenus personaliter accedentes ad locum, inquiratis sollicitè veritatem, & eam fideliter conscribentes, sub sigillis vestris nobis transmittatis inclusam. Eadem Episcopo terminum assignantes, quo nostro se conspectui repræsenter pro meritis receperimus: potestate vendendi, dandi, infundandi, seu quomodolibet alienandib[us] bona ipsius Ecclesie, interim eidem penitus interdicta.

NOTÆ.

a *Cisterc.*] Recte in margine ostendatur *Cister.* cum in præsenti scribat Gregorius Cistrensi Episcopo, de qua diæcesi eg[ist] in c. 2. de corpore vitia.

b *Salen.*] Salen, seu Salo Salomonis; vulgo *Salmons Veiler*, celeberrimum Cisterciensis Ordinis cœnobium est in Alemania, Constantiensis diœceœos: primum à Guntramo Barone constructum anno 1134. deinde à Conrado, & Friderico primo Imperatoribus, & à Burchardo Archiepiscopo Sa-

lisburg. liberalissimè datum, ut refert Bucelinus *Germania sacra* part. 2. fol. 78.

c *Frixiens.*] Geraldus videlicet, qui præfuit ipsi Ecclesiæ per undecim annos, ut refert Bucelinus *tom. 1. German. in serie Episcop. ipsius Ecclesie.*

d *Vendendi.*] Etiam cum solennitate præscripta in cap. nulli, de rebus Ecclesie: nam hoc speciale est in crimen dilapidationis, ut lite adhuc pendente, Prælatus suspectus de dilapidatione ab Ecclesia amoveatur, cap. licet Heli, desmon, probat Bernardus Diaz in *praxi*, cap. 71.

TITULUS II.

De calumniatoribus.

CAPUT PRIMUM.

Gregorius a Anthemio Subdiacono Campanie.

Um fortius punienda sint crimina, quæ insontibus, & magis sacratis hominibus ingeruntur, quæm sitis culpabiles omnes, qui in causa Joannis reseditis, attendite, ut Hilarium criminatorem ipsius nulla ex diffinitione vestrâ poena conveniens castigaret. Nec illud ad accusationem vestram creditis esse idoneum, quod vobis quasi judicare volentibus, solus frater, & Coëpiscopus noster Paschasius dicitur distulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisse, facilius uni à multis rationabiliter suaderi, quæm multi ab uno poterant sine causa deferri. Quia ergo tantæ nequitæ malum sine digna non debet ultione transfire, suprascriptum fratrem nostrum Paschasium volumus admoneri, ut D.D. Gonzal. in *Decretal. Tom. V.*

F

eundem

eundem Hilarium prius Subdiaconatus, quo indignus fungitur, privet officio, atque verberibus publicè castigatum, faciat in exilium deportari, ut unius poena multorum possit esse correctio. Cujus si forte lenitatem Diaconi sui adhuc opinio lacerata non commovet, & in hoc, quod non credimus, torpens extiterit, experientia tua hac quæ diximus, faciat, & de illius nobis neglecture renuntiet. Hortandus præterea idem frater ex nostro mandato est, ut se in omnibus vigilante exhibeat, & Ecclesia suæ amplius disciplinam non negligat, ne & peccatum de his, qui ei commissi sunt, sustineat, & nos contra se vehementer stimulet, si in officiis sui cura, quod non optamus, ineautus, vel latus extiterit. ^d Volumus autem ut memoratus frater noster Pachasius, & vicedominum sibi ordinet, & majorē domus: quatenus possit vel hospitiis supervenientibus, vel causis, quæ eveniunt, idoneus, & paratus existere: si vero & negligenter eum prospicis, & ea, quæ diximus, implere differentem, omnis Clericus ejus adhiberi debet, ut communī consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari.

NOTÆ.

1. a **A** [ibidem.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub titul. de accusationibus, cap. 2. & habetur textus hic in ipso registro Gregorii, lib. 9. epist. 66. ex quo integrum hujus textus transcribo, & ex ipso D. Gregorio citarunt extum hunc Burchardus lib. 2. Decreti, cap. 20. Carnotensis part. 2. Decreti, cap. 274. De hoc Anthemio nonnulla notavi in cap. 1. de testamentis.
2. b **H** [omnibus inferuntur.] Facit idem Gregorius lib. 15. Moral. cap. 15. ibi: *Gravum est, si quis iustis potius, quam peccatoribus noceat, unde & per Prophetam dicitur: Sanguis ejus in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram, ut possit operi pulvere: per terram videlicet, & pulvri peccatores; per petram vero limpidissimam iustum signans, quin gravibus peccatorum contagis non exasperatur. Sanguis ergo super limpidissimam petram effunditur, quando malitia cruenta mens in afflictione iusta anima grassatur.* Unde quo quis est iustior, ac proinde dignior veneratione, id est indignus est illum impetratis probris, & calumniis.
3. c **E** [xilium deportari.] Quæ phrasis apud scriptores inferioris sacerul recepta, & usitata fuit, in specie à Sixto III. P. M. epistola unicua, ante medium, ibi: *Si quis circa ejusmodi personas non probanda detulerit, intelligat se jacturam infamiae sustinere, & sub magna excommunicatione exilio deportari.* Ita in constitutione Honori, & Theodosii, quæ est ordine 15. in appendice Codicis Theodosii edita à Sirmundo: & de Manichæis Anastasius epist. 1. cap. 1. ita scribit: *Subdit legibus secundum Christianorum Principum constituta, ne sanctum gregem suam contagione polluerent, per publicos judices perpetuo sunt exilio relegati.* Et cap. 13. 17. quæst. 1. Illustrant D. Nicolaus Anton. de exilio lib. 2. cap. 1. numer. 8. D. Joseph. de Retes lib. 1. de interdict. cap. 1. in notis.
4. d **V** [olumus.] Verba quæ sequuntur, extant in cap. volumus, 89. dist. in qua distinctione intendit Gratianus exponere, quod sit officium vicedomi: Et scendum est, vicedominum in sacris canonibus accipi pro eo, qui ab Episcopo administrationi rerum suarum præpositus est, & pro hospitiis recipiens, & eleemosynis elargiendis, & ut absolutè provideat rebus omnibus, quæ domi providenda sunt; id est dicitur major domus in cap. Salvator 1. quæst. 3. cap. diaconum 89. dist. & eum vice Episcopi causas judicasse constat

ex presenti epistola, & ex libro 3. capitul. cap. 26. Mandet Comes vel Abbat, vel Vicedomino, vel illi, quicunque locum Episcopi, vel Abbaris tenuerit, ut reddare iuram. Et lib. 5. cap. 120. Concil. Mogunt. sub Carolo cap. 50. tria velut hominum genera memorat, quibus omnis ecclesiastica res qualisquis commissa est; omnibus Episcopis, Abbatibus, cunctoque Clero; & ait: *Omnino præcipimus vicedomino, & prepositos, advocatos, sive defensores bonos habere, non malos, non crudelios, non cupidios, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam diligentes.* Et cap. consule 38 de simon. Alia de vicedominis adducunt Joannes Vossius lib. 3 de vitiis sermon. cap. 55. I. Fileacus in cap. 4. de offic. Ordin. P. Gregor lib. 2. partit. 11. cap. 5. num. 11 & lib. 15. Syntag. cap. 40. num. 3. Seb. Cæsar de Eccles. Hierarch. quæst. 2. proemiali, §. 5. num. 15. Manrique tom. 1. annal. Cisterc. an. 1134. cap. 1. in fine, I. Dartis ad Decret. in dist. 89. Unde D. Gregorius in presenti prædicta vicedomi munia complectens jubet, ut Pachasius Episcopus eligat Vicedominum pro hospitiis recipiens, & simul causis, quæ emergunt, decidendis.

COMMENTARIUM.

EX fragmento hujus epistole à Raymundo in prefaci transscripto, talis communiter deduci. Conducitur assertio: *Subdiaconus calumniosus accusans, graviter iuro privatur, & verberibus afficitur, ac inexidiuum mittitur.* Quæ assertio probari potest ex cap. & pro Deus 7. 2. quæst. 1. cap. qui crimen 2. quæst. 8. cap. 1. & bauer. 11. 3. quæst. 6. cap. quisquis 3. 2. quæst. 8. cap. 8. quisquis Episcopus 50. 2. quæst. 7. cap. Epiphanius 45. quæst. 6. cap. 4. 2. quæst. 3. cap. final. 1. quæst. 6. cap. 1. & adjiciuntur, de elect. in 6. cap. 1. 2. quæst. 4. Sixtus III. suprà relatus, Hadrianus Papa ad Episcopos Mediomat. cap. 58. In quibus omnibus varia pena contra calumniatores statuuntur: referunt ea, & alia juris testimonia. Ant. August. in epist. lib. 30. titul. 11. & lib. 37. tit. 57. Crespetius in summa, verbo Accusator falsus. Illustrant ultra congetos à Barbosa in presenti, Guazinus de defens. reor. cap. 13. defens. 3. Alfarus de offic. Fisca. gl. 17. Giubra consil. 47. Valenzuela consil. 170. ex numer. 1. & consil. 171. num. 47. Petrus Greg. lib. 4. partit. tit. 15. cap. 4. Mendoza lib. 2. Concil. Illiber. cap. 12. de Bellis de delictis, question. 8. Mancinus genial. cent. 2. cap. 45. & sacri juris contro. titul. 7. & de triplici juris collat. cap. 129.

Titul. II. de calumniatoribus.

63

¶ 217. Salcedo in praxi, cap. 65. Martha de jurisdict. part. i. c. 48. num. 21. Rousellius l. 4. hist. jurisdict. Ponit. cap. 5. num. 12. Corvinus lib. 4. apboris/m. iuris canon. tit. 30. Turtureus in Paral. cap. 43. Ant. Matthaeus de crimin. ad lib. 48. Pandect. tit. 17. cap. 3. fol. 813. Theophilus Raynaud in opere hech. de calum. seit. 1. cap. 4. Turturcremata in c. calumniator 2. q. 3. Cattullo tom. 3. controv. lib. 3. cap. 21.

Sed hæc assertio difficilis redditur sequentibus juris confederationibus. Prima nascitur ex eo; nam in principio cuiusque iuris, civilis, seu criminalis, jurat actor, se calumniae causâ accusationem, actionemve proponere, princip. Inst. de pena et meritis postquam juratum est, non calumniae causa judicium intendi, amplius queri non potest, an fuerit calumniantis actor, l. 3. §. unde, ff. de jurejur. quia post juratum tantum queri potest, an juratum sit, §. item si quis 44. de action. u. b. plura Pichardus. Igitur nemquam calumniator in iudicio propter calumniam damnari potest. Secunda nascitur ex eo, nam calumniorum pœna talio est, id est ut candem subeat pœnam accusator, quam accusatum pati intendebat, cap. qui crimen 2. quæst. 8. ibi: Et qui non probaverit quod obicit, pœnam quam intulerit, ipse patiatur. Et cap. 3. 2. quæst. 8. ibi: Cum calumniantes ad vindictam poscant, similitudo supplicii, &c. cap. calumniator 2. quæst. 3. & 4. quæst. 4. ibi: Calumniator talionem recipiat. Heraldus Episcopus Turon. can. 80. Quod eandem pœnam passurus sit accusator, si convincere non potest, quam rensi, si vivitus fuerit. Probavi in cap. infra 16. de accusat. Igitur si in presenti casu Subdiaconus Diaconum per calumniam accusaverat, eadem pœna afficiendus erat, non vero diversis a Gregorio statutis. Tertia oritur ex eo, nam pœna verberum, quam imponit Gregorius, non convenit nec ipsis Subdiacono, cui imponitur, nec judici ecclesiastico, à quo infligitur. Non ipsis Subdiacono, quia liberi homines, & cives Romani verberibus non afficiuntur, sed tantum servi, & viles personæ, ut probavi in can. 3. Concil. Illiber. qui inde infames manebant, l. i. t. 22. ff. de his qui notant. infam. l. in servorum 10. §. final. l. capitalium 28. §. penult. ff. de pœnis, l. nullum, Cod. ex quibus caus. infam. l. 12. Cod. de decur. l. penult. §. instituitur, ff. de variis & extraordin. l. final. de injurias, l. 6. §. quid, de injusfo, l. 1. &c. ff. quando appellat. l. 4. ff. de incendio, l. Lucius, ff. de accusat. Osvaldus lib. 18. Donel. cap. 8. littera l. Tiraq. de nobilit. cap. 20. Amaya in l. 66. Cod. de decur. lib. 10. Et facri Canones pœnarum delectum, & distinctionem temporis observarunt, ita ut licet ob graviora crimina laicos pœnitentia solenni manciparent, tamen Clericos, & Ecclesiæ ministros nunquam ad statum illum redegerunt, propter infamiam notam, quæ solenniter pœnitentes inurebantur, cap. pœnitenties, cap. illud, 50. dist. Concil. Carthag. 5 can. ii. probavi late in cap. 1. de bigam. non ordini. Ergo propter eandem rationem, infamia videlicet notam, quæ ex verberibus, & flagris provenit, non potuit Subdiaconus in pœnitentiæ specie verberibus castigari. Nec judici ecclesiastico confonia est hæc pœna, cum judices ecclesiastici pœnam sanguinis proferre non possint, cap. sententiam, ne clericis, vel monachis, sed verbera sanguinem eliciunt, & idèo à judice ecclesiastico imponi non posse, docetur in cap. qui in Archiepiscopatu, deraptor. Ergo non recte in præsenti talis pœna in Subdiaconum calumniatorem statuitur. Eodem modo arguendū est de pœna exilio, seu deportationis in præsenti statuto; nam exilio pœna capitalis est, l. capitalium, ff. de pœnis, l. 4. ff. si quis caenationibus, l. has acculare 12. §. omnes, ff. de accusat. late probat Div. Nicolaus Antonius de exilio lib. 2. cap. 3. per totum, Salgado de protectione Regia, part. 2. cap. 4. numer. 164. Carleval de judicis lib. 1. disp. 2. quæst. 7. sect. 1. numer. 751. D. Joseph. de Rebus de interdictis, in l. cùm Ulpianus, & lib. 3 excursu 2. Unde Ecclesia eam non imponit, sed iudex secularis ad requisitionem judicis ecclesiastici, cap. 2. de cleric. excom. ibi: Et Episcopus minimè emendare poterit, Regis iudicio ad requisitionem Ecclesie exilio damnetur. Probat Cironius lib. 1. observat. c. 1. Igitur minus congrua in præsenti exilio pœna à Gregorio Subdiaconi calumniatori imponitur.

Aduic tamen defendenda est præsens assertio, pro cuius expositione sciendum est, calumnia varias esse acceptiones: in bonam partem nonnunquam sumi, constat ex Carnot. epist. 17. ubi de quid? Philippi Regis nuptiis cum Brettada, cui ipse iuste contradixerat, sic loquitur: Quin nuptiis ejus dicto & scripto calumniam, quam debuit, fecit. Quo sensu dixi deinde epist. 45 conjugium calumniosum. Alijs calumnia sumitur pro iurio forensi, velle, ut sepius apud eundem Iwonem epist. 66. 179. 219. 222. & 268. Et Arnulfus Episc. Lexov. epist. 32. ait: Nunciatur vero nobis, reine Anglia nihil nisi lies, & calumnias tecum. Quarto calumniatorem pro actore, & petitore usurpat Ivo epist. 212. & 241. Notarunt Juretus in dist. epist. 17. Gibalinus de negot. tom. 2. lib. 6. cap. 7. art. 2. Beyerlinch. in theatr. tom. 2. verbo Calumnia. Sed plerumque malè calumnia sonat, pro calidaque & malitia à iuriis interpretatione accipitur in l. ad exhibendum 19. ff. ad exhibendum, ibi: Non oportere justiciale calumniari, nec verba captari, sed quā mente quid dicuntur, animadvertere convenire. Probat Laurentius Valla lib. 6. elegant. cap. 50. Pro dolo malo usurpat in titulof. si mulier ventris nomine in possessionem calumnia causâ, l. 2. C. de iurejur. propter calumniam: quam acceptionem late illustrat Bargalius lib. 5. de dolo cap. 15. In præsenti titulo pro falso criminis accusatione sumitur, & definitur juxta Marcianum in l. 1 ff. ad Turpil. ut calumniari sit falsa criminia intendere; ac proinde nihil aliud est, quam falsi criminis impactio. Quam definitionem explicat Theophilus Raynaud. de calumn. quæst. 2. & Nonitus Marcel. cap. 4. num. 74. ait. Calumnia est malitiosa, & mendax infamatio. Et Beda lib. de orthographia, Calumnia, inquit, est crimen falsum, cùm nobis adversari, aut malum, quod non fecimus, obiciunt; aut bonum, quod fecisse probamus, in contraria vertit. Cassiodorus in Psalmum 117. Calumnia(ait) est commentum aliquod periculosa facultatis obiectum. Inde calumniatores dicti seu calumniosi, juxta Paulum in l. 3. ff. ad Turpil. Qui improbe, & ex impostura accusatoris officio utuntur, Græce diuntur sycophantz, eo quod furta sicutum apud Athenienses capitalia essent, teste Festo Pompeio. Probat Franciscus Polletus lib. 4 hist. fori Romani, c. 5. Alciatus lib. 2. Pareg. c. 4. & expressit Suydas Verbo Sycophante, quem latine vertit Hieronymus Bollius in hæc verba: Si si in arbore primum inventa, venisse tradunt Athenenses, ne sicut exportaretur, qui aurum deservant, qui exportabant, sycophanta quasi sicut bibebantur, inde translatum nomine ad quævis calumnias. Nec sunt aliena à proposito. quæ in Paulo Festi Epitome leguntur l. 17. ibi: Sycophantas appellatos

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

F 2

appellatos

appellatos hac de causa dicunt Atticos, quo si damna-
venes solitos in hortos irrumpere, sicutque deligere:
quam ob causam est constitutum lege, ut quid fecis-
set, capite truncaretur: quam paenam qui perseque-
rentur ob parvula detrimenta, sycophantas appellato-
res. Prosequuntur Budeus ad Pandect. Rhodiginus
lib. 18. antiquar. lect. cap. 9. Demsterus ad Rosinum
lib. 9. licet aliam hujus vocis originem adducat Atheneus lib. 3. dypnosopha cap. 3. P. Faber lib. 1. se me fr.
pag. 25. & 163. Lipsius in orat de calunnia, Covar.
lib. 2. var. cap. 9. num. 1. Petrus Greg. lib. 32. syn-
tag. cap. 4. Alfaro de offic. fisc. gloss. 17. Calum-
nia ergo propriè consistit in impostura: quare non sufficit ad calumniam, ut alicui quomodo-
cunque tribuat falsum probrum, sed necesse est
intervenire malitia tributaris. Unde si per erro-
rem, aut hallucinationem contingat falsum cri-
men tribui noxio, non inde vera dabitur calum-
nia, ut probat Raynaud. dict. sect. 1. cap. 1. qui in
sequentibus malignitatem hujus sceleris latè pro-
bat: quod argumentum luculentiter tractavit C. I.
V. Justus Lipsius cent. 5. epist. ad finem, in oratio-
ne de calunnia: & Leuco Tyrannus Ponticus apud
Athenaeum lib. 6. cap. 6. cum hominem quandam
calumniatorem vidisset: Interemisse te (inquit)
per Deos, nisi tyranni malis hominibus indigerent.

8. De pœ-
nis ca-
lumnia-
torum.

Deinde sciendum est, calumniatores variis pœ-
nis, tam iure civili diversam gentium, quam sa-
cris Ecclesiæ canonicibus puniri. Charondas apud
Diodorum lib. 12. calumniatorem myricâ coronatum per urbem circunduci jubet. Vide Lucianum
dialogo de non temere credendo calumnia. Jure
civili Romanorum ex edito Praetoris infamiam incurrit, l. non prius 7 l. ult. Cod. de calum. l. 1 ff.
de his qui notant infam. non tamen ipso jure nota-
tur calumniator, sed ita si calumnia causâ damnata-
tus sit, l. 4. § calumniator, ff. de his qui notant infam-
ia; idcirco verba judicis diligenter attendenda
sunt: si dixerit Elycophantas, id est calumniator est,
intelligitur notatus: quod si dixerit, non probasti,
non notatur. Nec enim qui non probat quod in-
tendit, illicè calumniator intelligitur, sed qui dolo
malo faltum crimen obicit, l. 1. §. sed non utique,
& § sequenti, ff. ad Turpil. l. fustibus 16. ff. ex quis-
bus causis infam irrog. l. 3. Cod. de calum. Cicero
pro Rofcio: Innocens est quipiam; suspitione ta-
men non caret: et qui hunc accuset, possum aliquo-
modo ignorare. Cum enim aliquid habeat, quod possit criminosè, ac suspiciosè dicere, aperiè in defi-
cari, & calumniari sciens non videatur. Et mox:
Vos autem maxime debetis in eos impetrum facere qui
merentur. Deinde si voletis, etiam cum, cùm veri-
simile erit, aliquem commississe, in suspicione larvato-
re: id quoque concedi potest. Sin autem sis agis, ut
arguatis quidem aliquem patrem occidisse, possitis;
ani quare aut quomodo, ac tantummodo sine suspicione larvato-
ris: crura quidem vobis nemo suffinge-
re. Hacenus Cicero. Idem judicandum de
hac formula: Lucium Titius temere accusasse vi-
detur. Temeritas enim facilitatis veniam contine-
net, & ob id nullam pœnam Titius subiit, l. 1.
§. queri, ff. ad SC. Turpil. Quid autem si iudex ita
pronunciaverit: Callido commento videris accusa-
tionis infigitor fuisse. An tanquam calumniato-
rem notatus videatur? Papinianus in l. ob. et ver-
ba 20. ff. de his qui notant infam. respondit ob haec
verba pudorem potius onerari, quam ignomi-
niam interrogari; nec enim mandatorem esse cum,
qui exhortatur. At contra Marcianus in l. 1. §. in-
cidit, ff. ad SC. Turpil. docet hunc quoque, qui

instigavit ad accusandum, calumnia pœna te-
neri. Pro hujus antimonia solutione Antonius
Matthæus de criminibus ad lib. 48. Pandect. tit. 18.
cap. 3. art. 1, verbis quidem SC. non teneri eum,
qui instigavit, sed ex mente & sententia teneri,
quia SC. de mandatore loquitur, & qui instigat,
non est propriè mandator; sed quia non longè
à mandatore absit, eum sententiā SC. teneri. Sed
altera ea iura componit Otualdus lib. 18. Donel.
cap. 8. litter. X. discrimen confitudo inter sen-
tentiam definitivam, & interloquitoriam. Itiam
ante SC. Turpilianum fuit constituta pœna
Talionis, quam ad leges 12. Tabularum re-
fert Polletus lib. 4. hist. fori, cap. 5. & postea
idem cautum fuit lege Rhemia, seu ut alii vol-
lunt, Memia: qua pœna exfoleverat tempori-
bus Imperatoris Augusti; quare inter alia ip-
sius Principis præclara gesta recensetur à Sue-
tonio, quod diurnorum reorum nomina abo-
leverit conditione proposita, ut si quis quem re-
petere velleret, par periculum pœna subiret: &
postea per SC. Turpilianum instaurata ea pœna
fuit, & tandem Imperatores Honorius, & Theo-
dosius in l. ult. Cod. hoc titulo, ita fanxerunt: Quis
quis crimen intendit, non imponitam fore novetur
licentiam mentiendi, cùm calumniantes poscar ad
vindictam similitudine supplicii. Extat in cap. quisquis
2. quest. 8. Quæ pœna talionis divino iure poiti-
vo statuta fuerat, cap. 19. Denter. ibi: Si sibi esti-
stis mendax contra hominem, accusans eum praevi-
cationis, stabant ambo, quorum causa est ante Domi-
num in conspectu sacerdotum, & judicum, qui su-
runt in diebus illis: cumque diligenter & summa-
percutantur falsum testimoniū contra fratrem
suum mendacium, reddent ei sicut fratris ius facere
cogitauit; & afferentes malum de medio tui, ut audi-
entes catari, timorem habeant, & ne quaque talia au-
deant facere: non misereberis ejus, sed animam pro
anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum
pro manu, pedem pro pede exigis. Hæc est pœna ta-
lionis, quæ scilicet tale rependitur, quale illarum
est, vel inferendum fuit calumniam passo. Aristot.
lib. 5. Ethicorum, cap. 5. appellat pœnam hanc Con-
trapassum. Probant pœnam hujus justitiam Sozus
lib. 5. de justitia, quest. 5. art. 4. Lælius Mancinus de
triplici juris collat. lib. 1. cap. 129. & centur. 2. cap. 143.
Demsterus ad Rosinum lib. 9. fol. 940. Hodie tamen,
attentâ generali confutitudine pœnam hanc talio-
nis extollevisse ex ratione per nos adducta in cap.
super his, de accusat. testantur Farinac. in praxi,
quest. 16. num. 3. J. I. Clarus §. final. quest. 81. n. 3.
Theophilus de calum. sect. 1. cap. 4.

In eadem etiam lege Rhemia statuta fuit pœna
injustitiae frontis inscrip̄ta littera K. quæ est pri-
ma calumniatoris. Cicero pro Rofcio: Ita ra-
men Eruci quæstus te cupidum esse oportebat, ut ho-
rum existimationem, & legem Memmiam putares
aliquid valere oportere. Et mox: Crura quidem vo-
bis nemo suffingeret: sed si ergo hos bene novit, litteram
illam, cui vos usque eo inimici estis, ut etiam eas o-
mnies oderitis, ita vehementer ad caput affigam, ut
postea neminem alium, nisi fortunas vebras, ac-
cusare possitis. Eoque spectat Papinianus in l. qua-
siūm 13. ff. de tessibus, dum hominem calumnia
damnatum, opponit homini integræ frontis. Il-
lustrant Theoph. Raynaud. in tract. de sygmatismo,
sect. 3. cap. 3. Cuic ad Digesta, in l. 1. cui, ff. qui testa-
menta, Petrus Pitheus in collat. legum Mosiac. tit. 4.
§. sine calunnia, Forner. l. 6. rer. quotid. c. 29. Et licet
Cassiodorus in Psalmum 71. hoc accipiat de nuda
condem-

Titul. II. de calumniatoribus.

65

condemnatione, quia apud antiquos litteram K. judices apponere solebant in signum condemnationis: hæc tamen sententia sustineri non potest, quia ea damnandi nota communis erat omnibus condemnationibus, ut videtur est apud Poletum, Singtonium, & alios de judicis agentes. Ex quibus Hermannus Hugo lib. de prima scribendi origine, cap. 22, quod est de notis judicariis, ad K. ait: *Calumniatorum fronti affixum, erat peculiare eorum supplicium, quo frontes eorum ferro carenti formâ literæ K. inurebantur.* Duplex KK. eo ferro impresum volunt Petrus Diaconus de notis, & Aldus Manucius libello eiusdem argumenti, ita exponentes illud K. K. vel K. C. ut sonet, *calumnia causâ.* Olim quippe vox *calumnia* exarabatur per K. ut probarunt Lipsius lib. 2. *electorum*, cap. 15. Pitheus ubi *språ*, fol. 145. Primarius noster Magister Correain orthograph. Castel. Etiam aliquando apud Romanos calumniator dejeicebatur ex falso Tarpeio, ut refert Gellius lib. 20. *noctium*, cap. 1. & in exilium mittebatur, ut constat ex Tacito lib. 5. *annal.* l. 3. §. idem *Divis.* ff. de testibus. Justinianus novel. 6. cum qui electum Episcopum cuiuslibet criminis insimulavit, pellitur a societate fidelium: & in novel. 123. cap. 2. & 137. cap. 3. iubet cum, qui falsi crimini Episcopum reum egit, à provincia exulare, in qua commorabatur. Etiam extraordinaria pena punitur in l. 27. §. si liber 5. ff. ad leg. *Int. de adult.* Apud Græcos ultatam fuisse talionis poena constat ex Diiodoro lib. 4. & apud Visigothos eandem talionis poenam statutam fuisse, apparet, ex l. 5. tit. de *judicio furti*, lib. 7. *legum Visigoth.* notavit Gregor. Lopez in l. 1. tit. 1. part. 7. l. 27. & final. tit. 17. part. 3. Alias diversarum gentium poenas circa calumniatores refert Theoph. Raynaud. de *calumni. sect. 1. cap. 4.* Hæc autem procedunt in calumnia in delictis publicis admissa; nam in privatis aliud observatur, quia qui in illis calumniantur, violat iurandum, quod concepit de calumnia, solvitque impensas litis, & nonnunquam infamis fit, cum olim veteri de calumnia actione in partem decimam litis actor multaretur, § hoc autem, iust. de *pœna temerè*: notavi in *tit. de jura. calum.*

10. De paternitate ex parte patrum, non nisi in calumniatoribus. *qui in calumniatores non tenentur.*
Ut ad Ecclesiæ leges perveniamus sciendum est, Ecclesiæ Patres non mitiùs in calumniatores interfexisse, nam eos in familiâ noratos declarant; beneficio, officioque, si quod habebant privarunt, exilio, verberibusque afficiendos esse sanxerunt in cap. qui in alterius, cap. quidam maligni, 23. quest. 4. cap. deteriora 6. q. 1. cap. Episcopum, ead. quest. Pœnam talionis sanxerunt, in cap. qui crimen 2. q. 8. c. calumniator 2. quest. c. 3. 2. quest. 8. Communione etiam privantur: & si Episcopos, aut clericos falsi accusaverint, nec in fine illis conceditur communion. Concil. Illiber. can. 75 ibi: *Si quis Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non posuerit, nec in fine dandam ei communione.* Licet postea mitiùs eum ei actum sit, communione in fine concessa. Concil. Arelat. 1. can. 14. ibi: *Qui falsi accusant fratres suos, usque ad exitum non communient.* Arelat. 2. can. 24. *Eos qui falsa fratribus capitalia objecisse convicti fuerint, placuit usq; ad exitum non communicare, sicut magna Synodus antea constituit.* Notavi in 6. 75. Concil. Illiber. Hadrianus Pontifex in c. *delatori* 5. q. 6. lingua capulandâ esse calumniatoris sanxit: quæ constitutio etiam refertur lib. 7. capitul. m. 27. & ab Hincmaro R hemensi lib. *contra Hincmarum Landun.* de sententiis Engelrammo Meten- sum Episcopo datis, his verbis: *Quam diversa à sacris D.D. Gonzal, in Decretal. Tom. V.*

canonibus, & quam discrepantes in quibusdam ab ecclesiasticis judicis habeantur. ut hic, quedam plurimis pone, evidenter manifestatur. Delatori, inquit, aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. Capulate vero truncare est, vel excindere, ut in lege Salica, tit. 2. §. 2. *Si quis pedem alterius capula- verit.* Et ibi: *Mancatus remanserit:* ex veteri glossario Petri Pithei notavit Bignon. ad *Marculf.* fol. 623. Similis ferè fuit lex Constantini, quam strangulari eos, & linguam ipsis radicibus amputari jubet, l. 2. Cod. Theodos. de *petit.* Apud Longobardos non lingua, sed nasus præcidebatur, ut refert Lindembrog. in *glossario, verbo Capulare.* Dixit Hadrianus capulare, quod est truncare, ut probant Lindembrog. *språ*: Vossius de *vitiis* serm. lib. 4. cap. 3. Pius V. iuia constitutione innovavit in calumniatorem pœnam talionis, ut refert Farinac. in *praxi*, quest. 16. num. 5. & jam a primo Ecclesiæ sœculo lib. 2. *constit.* cap. 42. & 43. in calumniatores ita constituit: *Vos Pastores cum Diaconis cognoscetis eum, qui proximum suum per calumniam mendacis testimoniis accusavit, & ostendetis eum esse calumniatorem, invidum, interfictorem, suis repugnantem, perturbantem ut malitiosum, sermonem inconstantem, detestis suis contrarium, & oris sui verbis captum.* Fuerunt enim ei laqueus fortis labia sua, quæ tu postquam falsas testimonia ejus convicta fuerit, judicari rigide, & gladio ignis trade, sicut que ei quod ipse proximo suo sceleri machinatus est. *Quantum enim in eo fuit, fraterem occidit, ares judicis occupando, &c.* Itaque iuste cum ex Ecclesiæ tanquam fratribus interfictorem. Deinde intervallo temporis, si dixerit pœnitere se, premititur cum jejunis, ac postea per manus impositionis recipite, carentes tamen illi, ne quem iterum turber. *Quod si rursum ingressus similiter seditionem, & discordiam concitarit, neq; desinat turbare, & con- via facere fratri, vituperationibus & contentionibus equiter studens, ejice cum tanquam pestilentem, ne Ecclesiæ Dei viciet, & fœdet.* *Qui enim hujusmodi est, turbas constat civitatum: idemque, tamen si intra Ecclesiastem est, tamen quia Ecclesiastem dederat, supervacuus, & inanis est, qui quidem quantum in se est, corpus Christi sordidat.*

Deinde sciendum est, judicem reum absolvendum improbè accumulatum, statim cognoscere, ac pronunciare de calumnia, l. 1. C. hoc titul. *Littera 10. ff. de public. judic.* statim, id est eadem die, vel sequenti, si eadem non potuerit: argumento est locus Asconii in oratione pro Marco Scauro, ibi: *Cato Pratorum vellet de accusatoribus in consilium mittere, multiisque è populo manus in accusatores intenderent, cessit imperite multitudini, ac postero die in consilium de calumnia accusatorem misit.* Etiam notandum est, non omnes accusatores in probatione deficientes, pœnam calumnia puniri; nam tutores, curatoresque non facile illis afficiuntur, nisi si evidens eorum calumnia sit, l. 2. Cod. de his quibus ut indign. l. 8. C. de calumnias. Explicit Gothofredus in l. 2. Cod. Theodos. tit. l. 1. 4. §. si liberius, de bonis libert. l. 22. de his, quæ ut indig. Similiter eos, qui prosequuntur necem liberorum, & parentum, pœnam calumnia non teneri, statuitur in l. 1. & 4. C. hoc iii. l. ult. ff. de public. judic. & in l. 2. C. hoc tit. docetur, non teneri extraneum hæredem, quia aliquis iussus testatoris beneficij accusavit: & feminis suam, suorumque injuriam per frequentibus, & omnibus illis, quibus inscriptionis necessitas remittitur, quos retuli in c. super his, de *accusat.* calumnia pœna remittitur. Etiam maritus, qui intra dies 60, jure maritali uxorem accusat de adulterio, nisi ob evidentem

F 3

calum-

calumniam, non tenetur calumnia pœnis, l. is
cujus 14. §. ult. ff. ad leg. Int. de adult. l. 6. & 30.
Cod. eod. l. auxilium 37. §. 1. de minoribus. Pater
autem accusando adulterium filiae ex calunnia
damnatur l. pater 30. ff. eod. tit. quia talis accusa-
tio odiosa est, cum per eam matrimonia foedari
videantur, l. quamvis 30. Cod. eod. titul. de adult.
Item fiscus à calunnia pœna immunis est, cum
ex quadam necessitate accusest, nisi cum evidenti
calunnia agat, l. penale. Cod. de advocato. Fisci, l. 5.
l. universi 9. Cod. ubi causa fiscales. Suctio in
Domitiano, ibi: *Fiscales calumnias, magna ca-
lumniantum pœna repressit.* Similiter etiam delato-
res ex officio, ut curiosi, & stationarii, non
punijuntur, nisi ob evidenter calumniam, l. ea
quidem, Cod. de accusat. l. 1. Cod. de curiosis, l. 10. l.
6. §. nunciatores, ff. ad Turpil. l. Divus 6 ff. de cu-
sod. reorum. Probat Amaya ad tit. de delatoribus,
lib. 10. & plura de curiosis congeserunt Petrus
Gregor. lib. 47. Syntag. cap. 38. num. 9. Cuiac. ad tit.
Cod. de irenarchis, & titul. Cod. querens pignori: & in
l. 9. Cod. de jure fisci, & lib. 1. obs. cap. 33. Reu-
ardus lib. 4. var. cap. 11. Pancirola in notis. Imper. O-
rient. cap. 47. & Occid. cap. 18. & lib. 2. var. cap.
26. Bulenger. lib. 7. de Imper. Roman. cap. 22. Bo-
badilla lib. 2. polit. cap. 13. num. 61. & cap. 21. num.
10 alias causas, ob quas calumniator excusat à
calumnia pœnis, refert Menochius lib. 2. de arbi-
trar. cent. 4.

12. His suppositis jam appetit ratio præsentis deci-
sionis; nam cum calumnia adeo sit grave scelus: ut
peccatum diabolicum appellant sanctus Athanasius in *apolog. ad Constantium*, ibi: *Calumnia est
utriusque diaboli moribus.* Origenes homil. 3. in *Exodus*; quia ait, falsis detractionibus, & testimoniosis, ac
calumnias gravantes proximum, os apertum à dia-
bolo habere: Cyrillus monachus in *actis sancta Sabae*, D. Chrysostomus homil. 79. in *Mattheum*, cuius
nomenclatura rationem assignat & illustrat
Theophil. Raynaud. *de calumnia quest. 2.* & Div.
Athanas. in *dista. apolog. de strage*, quam infert cal-
umniator, ait: *Qui lapide feritur, querit medicum;*
*ictus autem calumnia gravius quam lapides fer-
runt.* Estenim calumnia clava, & gladius, &
calumne incurabile, ut dixit Salomon, & si in perfoma
Deo sacramenta inferatur, gravior calumnia
est, ut supra probavi: inde cum in præsenti Hilari-
tius falsò, & ex calunnia accusasset Joannem Dia-
conum, justè Gregorius decretiv, ut ipse officio
Subdiaconi, quo fungebatur, à proprio Episco-
po suspenderetur, verberibusque afficeretur, ac in
exilium mitteretur, ut ita alii à simili calumnia ter-
rerentur, ne fratres Ecclesiæ æquè ministros falsò
accusent; nam ut ajebat Aristotel. lib. 6. Polit. cap.
5. in bene instituta Republica graviter calumnia-
tores sunt puniendi, quoniam non populares in
judicium vocare consueverunt, sed nobiles.

13. Nec ostendit dubitandi ratio supra adducta ex di-
cta l. 1. ff. de jurejur. nam quod ex ea expendebam-
mus, procedit in juramento decisorio parti à parte
delato; nam tunc postquam delatum est, nihil
queritur, nisi an juratum sit: at verò in juramento
ab auctore, vel reo prolat, sine ulla delatione
adhuc superest cognitio causa principalis, di-
cta l. 3. in princip. & propter calumniam, tam in ci-
vili quam in criminali judicio, pœna, ut probavi
in cap. 1. de juram. calum. & ita hac pœna calum-
nia non liberari accusantem, etiam si tempore ac-
cusationis propositæ juret de calunnia, docuerunt
Jul. Clarus dict. §. final. quest. 61. Salcedo in *praxi*,

cap. 65. Martha de *jurisd. part. i. quest. 38.* Nec ob-
stat, quod de pœna talionis adducebamus, cui
difficultati ut satisfaciant Antonius, & Abbas in
præsenti, quos sequitur Bernard. Diaz in *praxi*,
cap. 65. affirmant, quod in præsenti casu pœna
imponenda Joanni Diacono, si crimen probatum
esset, non erat proportionata Hilario Subdiacono
ideoque diversam pœnam à sancto Gregor. im-
positam fuisse: sed cum non constet, quænam
pœna in præsenti casu imponenda esset Joanni,
certò deduci non potest, an eadem pœna imponi
possit Joanni Subdiacono; quare verius credo,
quod licet pœna talionis in calumniatore utro-
que jure imposta reperiatur, ea locum habet in
delictis ordinariè puniendis, non verò extraordi-
nariè; unde cum in præsenti non fuisse certa pœ-
na imposta pro delicto, quo accusabatur Joannes
Diaconus, & ipse esset in sacris ordinibus consti-
tutus, idem tam acerbis pœnis plectitur calumniator.
Nec obstat primum augmentum ipsius diffi-
cultatis, pro cuius partis solutione dicendum est
quod licet illa fustium, & verberum differentia
jure civili Romanorum agnoscatur, usitataque
esset, ut probavi in cap. 4. *Concilia libet. in jure
tamen canonico nullum discrimen versatur inter
flagella, & verbera: quare promiscue in sacris ca-
nonibus rei jubentur fustibus cædi, & verberibus
affici in cap. cum Beatus, 45. dist. cap. nullus cler-
icus 11. quest. 3. cap. quidam 5. quest. 1. cap. qua-
sta 5. quest. 6. cap. his à quibus 23. quest. ult. cap. in
Archiepiscopatu, derapior. & Gennadius Patriarcha CP. delatum ei ob sceleris Charisium permisit
etiam paternā, & ecclesiastica censurā flagellari.
Nicephorus lib. 15. histor. Eccles. cap. 13. Sophron.
in *prato spirit. cap. 145.* Similia de Pechamo Can-
tuariensi Archiepiscopo refert Nicolaus Aafperfel.
historia Anglica ad *saculum decimum tertium*, c. 23.
& ita in præsenti casu Subdiaconum verberibus
affici jubet Gregorius iuxta mentem sacerorum ca-
nonum, secundum quam nullum datur discrimen
inter flagella, verbera, loras, & fustium exficio-
nem. Nec obstat, quod ex hac pœna infamia in-
curritur; nam cum ex ipso calumnia delicto infamia
contrahatur, ut probavi, non injuste Gregorius
Subdiaconum in hoc casu ut infamem verberi-
bus afficiendum esse decrevit. Nec obstat alia
pars ipsius augmenti, videlicet pœnam hanc san-
guinem effundere, ut constat ex lib. 2. feudor. tit.
27. §. si quis aliquem: quare Horatius horribile fla-
gellum vocavit, inquiens:
Nec scuticâ lignum horribile scelere flagellum.
Et Virgilius sanguineum dixit lib. 8. Eneid.
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Item Juvenalis satyr. 6.
----- *Hinc frangit ferulas, rubet ille flagellis.*
Et in sacra pagina Ecclesiastici cap. 8. ibi: *Flagellis
plaga livorem fecit.* Nam licet Ecclesia olim utere-
tur flagris, flagellis pro emendandis peccatori-
bus, ut constat ex juribus proxime adductis, &
ex Concilio Matifcon. 2. cap. 1. ubi jubetur rusti-
cum, vel servum, qui diem Dominicam violat,
gravioribus fustium testibus verberari, Concil.
Aquisgran. cap. 134. cap. super eo, de tentent. ex-
comm. cap. universitatis, codem titul. in 6. Concil.
Narbon. sub Recaredo, can. 12. ibi: *Presbyteri in-
crepant, ut redeant, Diaconos & execrando, &
stipendio privando; reliquos flagris coercendo.*
Concil. Agath. Præside Casario, can. 38. ibi: *Cler-
icum, aut monachum sine commendatiis vagum, si
verborum increpatione non emendetur, etiam verbe-
ribus**

ribus fatus inimicis coerceri. Taron. 2. can. 20. ibi : Qui ex sepe Diaconis , lectoribus , aut laicos ad Archipresbyterum obseruandum concessit , si sepiu manam cum eo facere distulerit , fustigetur. Synodus Francica sub Bonifacio V. Clericus , vel monachus in fornicationem lapsus , post tertiam verberationem in carcere missus , ibi paenitentiam agat. Carnotensis part. 14. Decreti , cap. 115. Tamen semper curarunt Ecclesia Patres , ne flagellatio ad sanguinis effusionem perveniret ; quare pro una vice triginta novem iustus tantum præscripti sunt. Concil. Matifon 1. can. 8. ubi jubetur , ut clericus junior , qui alterum clericum ad judicem secularem traxerit , uno minus de quadraginta iustus accipiat. Refertur in cap. nullus 6. 11. quæst. 1. & in 1. collect. sub titul. de foro compet. cap. 4. Div. Cyprianus in vita sancti Cæsarii , apud Surius die 27. Augusti ait , illum nunquam hunc numerum excusasse , sed potius ut iterum reus vapularetur , permittebat , ibi : Solebat vir sanctus id accurate observare , ut nemo ex illis , qui ipsi parebant , si pro culpa sua flagellandi essent , amplius triginta novem iustibus ferrentur ; ita tamen , ut si quis in gravis culpa esset deprehensus , permitteret ut post dies paucos vapularet iterum. In regula sancti Aurelian. cap. 41. pro qualibet culpa , si necesse est flagellum accipere disciplinam , nunquam numerus legitimus exceditur , id est triginta & novem. Quo lenius accipiunt aliqui , quod habetur in Pœnitent. S. Columbanus , ubi quinquaginta centum ; immo & ducenta plaga imperantur ; non enim simul , & semel infligebantur , sed iteratis vicibus , quem numerum iustum accepertum Patres à lege veteri , in qua cavebatur Deuter. cap. 25. ita : Pro mensura peccati erit & plagarum modus , ita dumtaxat , ut quadragenarium numerum non excedant , nefas de lacraria ante oculos tuos obeat frater tuus. Et D. Paulus 2. ad Corinth. cap. 11. inquit : A Iudeis quinques quadragesas unâ minus accepi. Illustrat Novarius lib. 1. schediasm. cap. 21. Menardus ad concord. regul. cap. 30. §. 4. Judex enim veriti , ne si quadregenarium numerum complerent , obliuione forsan , vel impetu animi quandoque excederent , in more habebant non nisi trigintanovem iustus infligere , teste Josepho lib. 4. antiquit. cap. 8. Oleario in dict. cap. 25. Deuter. ibi : Solent etiam Hebrei ex ratione triginta novem verbera invenire , nefariter excedentes uno. Unde Apostolus se accepit gloriatur quinques quadragesas unâ minus. Rationem hujus legis exprefserunt S. Chrysostomus homil. 25. in epist. 2. ad Corinth. per hæc verba : Quare una minus prisca lege sanctum erat , ut si quis plus quam quadragesa verberum iustus accepisset , infamis apud ipso esset ; itaque ne verberantur impetus hunc numerum in instiganda pena excedens , ignominia notam reo faceret , præscriptum est ab illis , ut ei qui vapularet , unde quadragesa tantum plaga invenirentur. Theodor. q. 30. in c. 25. Deuter. Quare cum Deus præcepit delinquentem vapulare quadragesa plagi , Iudei una minus inferant , quia major numerus vapulantem infamari : sic aciderent cum pluribus deformis abicit frater tuus in conspectu tuo. In eorum transredi legem permittunt , ut exactum observantes numerum , etiam nolentes vapulantem infamem pluribus plagi illatis. Quare Ecclesia illum morem retinuit , ne ad sanguinis effusionem perveniretur. Unde iuxta hunc morem accipienda est pœna verberum imposta à Gregorio in praesenti. Econtra idem Gregorius lib. 2. epist. 52. suc- censuit Episcopo Constantinopolitano ob mona-

chum in Ecclesia CP. fustibus cæsum. Et epist. 83. Andream Tarent. Episcopum ab administratione sacrorum per duos menses suspendit , quod mulierem cædi fustibus jussisset crudeliter. Illud tamen obseruandum est , etiam in casibus à jure permisiss clericos non esse verberandos propriâ manu ab Episcopo , ut cautum fuit in cap. 27. Apostol. Synodo Nicena 2. can. 3. Concil. Agath. relato in cap. non liceat , 86. dict. à D. Gregorio in cap. quid autem , cum sequenti , 45. distinct. Justiniano Novel. 123. ibi : Propriis aliquem manibus verberare Episcopo non licere ; hoc enim a sacerdotibus alienum est. Julianus Patricius novel. 115. cap. 42. Phocius in nomocan. tit. 6. cap. 26. Savarus ad Sidon. lib. 3. epist. 12.

Nec obstat ultima difficultas , pro cuius solutione sciendum est , Ecclesiæ , ecclesiasticisque judicibus competere facultatem relegandi , ita ut cum per excommunicationem , ac alias pœnas ecclesiasticas rei criminosi emendari nequeant , in exilium mittantur , ut disertè probatur in cap. in Synodo 23. dict. 63. cap. attendendum 13. 17. quæst. 4. ibi : Aut exilio per perpetua deportationis serventur : & cap. accedens , 50. dict. cap. hi qui 3. quæst. 4. ibi : Et exilio digni judicantur finitimo : & c. cum beatus , 45. dict. ibi : Et exiliu sententiam sustinebunt : & cap. ad audiendum , de crimine falsi , cap. penult. de pœnis. Coneil. Tolet. 12. can. 11. ibi : Quod si ingenuorum persona his erroribus fuerint implicata , & perpetua excommunicationis sententia fieriantur , & arbitrio exilio uincantur. Concil. Aurel. 4. can. 29. ibi : Si que mulieres fuerint in adulterio cum clericis deprehensa , de clericis distinctione habita , mulieres raptae , prout sacerdoti visum fuerit , distinctione subiectae , & a civitatibus , at sacerdos præcepit , repellantur. Gregorius in Penitent. cap. 11. Docuerunt plures conegiti à Barbola de potestate Episc. part. 1. tit. 4. eti negent Rouscelius lib. 4. hist. Pontif. cap. 7. num. 5. Petrus Gregor. lib. 4. partit. tit. 15. cap. 4. quia pœna capitalis duplex est , una sanguinis , quæ mortem ingerit , l. 3. ff. de pœnis ; altera sine sanguine , ut est deportatio ; & ita cum non sit corporalis hæc pœna , ut exprefse docetur in cap. ad audiendum , de crimine falsi , & probat D. Nicol. Antonius lib. 2. de exilio , cap. 31. num. 7. potest à judice ecclesiastico infligi. Baronius anno 263. num. 29. Chopinus lib. 3. de sacra pol. titul. 2. num. 11. Circa effectus vero ipsius pœnae notandum est , Ponfificem posse à tota sua ditione relegare , & in terris Ecclesiæ subiectis quoad temporalia , omnibus iuribus regni , & civitatis exiles privare. Similiter Archiepiscopi à tota sua provincia , & subditos Suffraganeorum suorum punire valent , juxta tradita in cap. pastoralis , de officio ordin. Episcopi à sua diocesi , ex dict. cap. 29. Concilii Aurel. non autem regno integro possunt relegare , nec iusta civitatis , seu natalium regni illis adimere , quia secularia sunt , nisi implorato auxilio brachii secularis ; quia tunc ipse judex secularis videtur sententiam proferre , ipsumque reuin in exilium mittere , cap. de Liguribus 42. 23. quæst. 5. cap. si quis 17. cum sequenti , 18. quæst. 1. cap. ne liceat 17. dict. ideoque ut exilium perfectum sit in dict. cap. 24. de clericis excomm. juberet ut ad requisitionem Ecclesiæ Judgei secularis decessat exilium : & in Concilio Trident. sess. 24. de reform. cap. 8. de concubinariis contumacibus caverit , ut ita graviter pro modo culpe puniantur , & extra oppidum , vel diocesim , si elidein Ordinaris videbitur , invocato , si opus fuerit , brachio seculari ejiciantur.

F * tut.

tur. Latius prosequitur D. Nicolaus Antonius *dicit.*
lib. 2. cap. 32. Unde exilium , de quo in praesenti ,
 perfectum quod omnes effectus fuit ; siquidem
 per Anthemium judicem Ecclesiae Romanae in
 Campania , ubi temporel Pontifex exercebat
 jurisdictionem , per Gregorium Magnum inflatum
 fuit : quare Hilarius omnino quod jura regni ,
 seu natalium Provincie Campanie exul haberi
 debebat.

15.
Exponit. Sed supra traditis obstat canon. *9.* Concil. Con-
 stantino*p.* i in illis verbis: *Cum Apostolicus canon.*
9. Con-
cil. Con-
stantino-
pol. *sacerdotes*, qui verberare aggreduntur, *vel fideles*,
qui peccarunt; *vel infideles*, *qui injuriam fecerunt*,
depositioni subiiciat, *ii*, *qui sua ira mediteri molisun-*
tur, & *Apostolicas constitutiones detorquent*, *eos*
intelleverunt, *qui sua manus verberant*, *nec canone*
tales quid significante, *nec retractatione hoc intelligere*
permittente: *est enim revera ineptum*, & *valde lu-*
bricum, *ut qui sua quidem manus* *ter*, *vel quater per-*
cussent, *deponantur*: *data autem facultate iussu*
verberandi, *cum qui immanier*, & *usque ad mortem*
supplicium inflaturus est, *impune id ferre negligi*:
*quamobrem canone ipsam verberare absolu*t*ur* *puniens*
te, *nos quoque simul cum eo ita decernimus*. *Oportet e-*
nim Dei sacerdotem doctrinis, & *admonitionibus*,
nonnunquam autem & penitentias canonicis *sum*, *qui se*
immodest, & *insolenter gerit*, *instituere*, *sed non*
flagellis, & *verberibus in hominum corpora insultare*.
Si qui autem sunt morem omnino non gerentes, & *pa-*
nam correctioni non cedentes, *eos per vocationem ad*
ejus loci Magistratus nemo castigari prohibet. *Antio-*
chenae enim Synodi canon quintus eos, *qui tumultus*
excitant, & *seditiones in Ecclesia introducunt*, *per*
manum externam converti oportere statuit. *Exqui-*
bis expresse deducitur, *non licere judici ecclesiasti-*
co manu propria, *nec per alium quemquam ver-*
berare: *ergo non recte in praesenti jubet Gregorius*
calumniatorem verberibus affici. *Pro cuius cano-*
nis expositione si endum est, *dubium esse*, *an Sa-*
cerdotes, *caterique ministri sacris ordinibus initiati*
propter graviora delicta verberibus affici pos-
fint, *publice*, *ad vocem*, *fastidiumque praconis*,
juxta veterem, *hodiernumque ritum*, *de quo in l.*
fastidibus casum, *Cod. ex quibus causis infam. l. si duo*
13. s. si quis ss. de jurejur Horatium Epod. od. 4. ibi:
Sectus flagellis hic trium viralibus

Præconis ad fastidium.

Junctis congestis à Cuiac. lib. 8. obs. cap. 7. Gotho-
feldo in diet. l. fastidibus. Langleo lib. 11. seme str. cap.
1. Et dicendum est, *sacerdotes*, *sacrosque Eccle-*

siae ministros privatis verberibus penas delicto-
rum suorum luisse, *principue in Ecclesiis Canoni-*
corum Regularium, *ut hodie in monasteriis ob-*
servatur, & probat Gibalinus *do clausur. regul. dis-*
quisit. 2. cap. 4. num. 41. tamen sacris ordinibus
fulgentes, *quemadmodum propter honoris sali-*
gium quounque demum scelerare adstringerentur,
publice, & *solenni penitentiae mancipari nequi-*
bant; *ita nisi degradati publice flagellis*, *aut ver-*
beribus cædi non poterant: *quis enim ferret*, *ut*
qui Apostolico gradu succedentes, *Christi corpus*
facto ore conficiunt, *per quos & nos Christiani*
sumus (*ut ajebat Div. Hieronymus ad Heliodo-*
rūm) *qui claves Regni celorum habentes*, *quo-*
dam modo ante diem judicij judicante, *qui spon-*
sam Domini sobriâ castitate conservant, *fulsum*
ictus publice subirent, *quibus humiliores perso-*
nas, *extremæque notæ homines tantummodo af-*
fici debere, *disciplina Romanorum judicavit*. *U-*
tebantur ergo Episcopi olim verberibus in laicos,
clericos, & *monachos malæ fringi*; *sed cum dele-*
ctu: *ob leviora crimina privatis fastidibus cædeban-*
tur, *ob graviora vero publicis*, *præmissâ degra-*
datione: *quemadmodum & Pontifices Summa-*
pud Romanos virgarum supplicio in Vestales vir-
gines criminosa utabantur, *ut probat Rousel. u-*
bis supra, *quantumvis sacratas*, & *sacerdorio fun-*
gentes, *ut constat ex Dionysio lib. 9. Livio lib. 28.*
Nec tunc obstat textus in diet. can. 9. qui ut ex ver-
bis relatis constat, *intelligendus est de ver-*
beratione immoderata per sacros canones impro-
bat; *non vero de illa*, *qui servato juris ordine*,
& disciplina ecclesiastica normâ imponitur: *de*
qua etiam injuriosa fustigatione accipiendi sunt
textus in Synodo Nicæna 2. act. 3. ubi Patres qua-
lemeunque Episcopum verbera, *aut plaga Deum*
præsertim timentibus, & *persecutionem patienti-*
bus inferente, *quasi persequitorum flagellatio-*
nibus grassantem, *Episcopatu indignum censue-*
runt. *Et D. Gregorius lib. 2. epib. 3. & 84. qui An-*
dream Tarenti Episcopum, *quod mulierem de*
matriculis contra sacerdotii & propositi sui ordi-
nem crudeliter fastidibus cædi depurasset, *ab officio*
suspendit. *Poterit ergo Episcopus in subditum*
nequam penam verberum exercere; *at vel* *verbera*
injuria *so* *enormem effusionem*, *neque per se*, *neque*
per alium Episcopum, *aut Judex Ecclesiasticus in-*
fligere valet, *ut probat Bobadilla lib. 2. polit. cap.*
15. num. 29. Rousel. lib. 4.

C A P U T II.

^a Innoc. III. ^b Zamorensi, ^c Sigoviensi, ^d Abulensi Episcopis.

Cum dil. fil. Magister. Schol. ^e Palentinus ad Sed. Apost. accessisset, & nobis de ven. f. n. quondam Episcopo ^f Legionen. nunc Archiepiscopo Compostellano, excessis variis nunciasset, dil. fil. de ^g Vallebona, & de ^h Matiplana Abbatibus Placentin. dicec. examinationem commisimus excessuum objectorum. *Et infrā*: *Cum autem processum* negotiis, & dicta testimonia examinaverimus diligenter, nec intelligere potuerimus, probatum esse sufficienter aliquid de prædictis, eundem Episcopum de consilio fratrum n. absolvendum decrevimus ab objectis, per A. s. m. quat. memoratum Magistrum Schol. donec canonice suam ⁱ purgaverit innocentiam, scilicet quod non calumniandi animo ad hujusmodi crimina proponenda processit, ab officio & beneficio suspendatis, ut cæteri simili penam perterriti, ad infamiam suorum facile non prosiliant ^k Prælatorum.

NOTÆ.